

habet. Primò tēpus datū resolvitur  
 in gradus, & habetur distantia So-  
 lis à meridiano; postea confertur As-  
 scensio Recta Solis cum Ascensione  
 Recta stella proposita, & modo, in  
 præcedenti propos. tradito, innotet-  
 scit distantia ascensionalis Solis &  
 stella; qua collata cum distantia So-  
 lis à Meridiano, minore ex mayo-  
 re subtracta, residuus arcus est di-  
 stantia stella à Meridiano, quæ  
 supputabitur à Meridie ad signoz-  
 rum seriem, si Solis distantia à me-  
 ridiano major est: contra, si minor.  
 Si ergò etiam ipsius stelle arcum se-  
 midiuurnum consideraverimus, pa-  
 tebit ex collatione ipsius cū distan-  
 tia stella à Meridiano inventa, an  
 supra, an infra Horizontem sit stel-  
 la illa, id est hora aliqua diei aut  
 noctis quesita. Quæ inventa proce-  
 dimus pro inveniendâ ejus altitu-  
 dine, ut modo in Sole                      Pro